



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Fuerunt ne hæ passiones in B. Virgine Maria. Cap. VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

le per se per timorem. Non enim naturam habere in-
firmam substantiam, sed seruire infirmitatibus, (id
est, passionibus naturalibus) criminiosum est: ut me-
ritò magnus ille habeatur atque mirabilis, qui imbecil-
litatem nature voluntati virtute superauerit. Quid
enim refert naturam esse, quod potest effici voluntate: imò
tantò est melius, sponte esse bonum quam sorte, quantò
vitiis praeferat coronam & amplissimam laude decorari,
quam penitus nil mereri. At firma est natura. Imò si
velit voluntatem fortem habere, atque robustam, hoc
illo sit plane firmius &c.

Et infra: Commoueri malum non est, sed irrationa-
biliter, nulloque iusto flagitante negotio commoueri.
Vetus nobis inquit S. Bernardus, intra fines tuos ha-
bitat tebusus, subjugari potest, sed non exterminari: id
que probat sententiã Apostoli dicentis: Non quod
uolo bonum hoc ago, sed quod odi malum, illud facio. Si
autem quod odi illud facio, iam non ego operor illud,
sed quod habitat in me peccatum, scilicet concupis-
centia fomitis, quam verò 23, appellat, legem in
membris suis, repugnantem legi mentis suae, quod est
passionum proprium.

S. Gregorius Nyssenus inducit suam sororem
disputantem secum de animã, & resurrectione,
& probantem passiones esse quid ab animã di-
uersum, sed veluti quasdam verrucas ex cogitatrice
parte anima enascentes &c. per bona semina in Scri-
pturã ostendit: quorum seminum vnumquodque si ad
bonum duntaxat excoleretur, virtutis fructum nobis
proferret. Sed quoniam iuxta hoc in se ipso
est error circa iudicium boni & honesti, atque id quod
sempiternum ac solum ex sui naturã bonum ac rectum est,
per germen fraudis & erroris, quod vnã excreuit, ob-
tenebratum, & obscuratum est (nam concupiscenti-
am non ad id, quod naturã bonum & honestum est,
cuius gratia nobis etiam indita est, enata est, & excre-
uit, sed ob bestialem, pecorinamque & rationis exper-
te naturam, ad appetitum & impetum cupiditatis, rap-
iente prauo circa bonum & rectum iudicio, germen
transmutauit: itidem ira quoque, semen non ad for-
titudinem exacuit, sed ad pugnantium cum populari-
bus ac proximis nos armauit: itemque dilectionis vis
ad ius qua mente percipiuntur, discessit, & in fruendo
rebus sub sensum cadentibus & materialibus vltra
modum insanuit, atque debacchata est, ceteraque pe-
iora promotionibus germina produxerunt) idcirco pru-
dens agricola germen inmatum semini, in eo inesse si-
nit, id prouidens atque cauens, ne melioribus mude-
mur, si vnã cum inutili germine cupiditas penitus fue-
rit extirpata. Si enim acciderit humane nature, quid
erit quod nos erigat, & mittet ad caelestium comuni-
tatem atque propinquitatem? aut sublatã dilectione,
qua ratione cum diuino Amore copulabimur, & con-
tinue emur: ira item extinctã, quibus armis aduersus re-
lictã nemem vtetur? Relinquit igitur in nobis Agricola
seminã adulterinã, non vt semper praualeant aduer-
sus praeiosorem segetem, sed vt ipsa tellus (ita enim al-
legoricè ac per modum translationis, cor nominat) per
insitam ei vim naturalem qua est ratio, aliud quidem
germinare faciat, & exfecet, aliud verò floridum atque

frugiferum efficiat: quòd si id factum non fuerit, igni
discrimen agri prouentus faciendum reseruat. Quo-
circa si aliquis his rectè, & vt ratio postulat, vtatur, &
in sese quidem recipiat ea, non autem ipse in potestatem
illorum redigatur, sed tanquam Rex aliqui magnã
manu subditorum adiurice vtatur, facilius affectus
fuerit id, quod cum virtute efficere conatur. Sin au-
tem, quemadmodum fieri solet, cum serui aliqui aduer-
sus Dominum insurgunt, illis obnoxius fuerit, & seruili
arrogantia atque confidentia degeneri abiectione ani-
mo succumbens, seruus & mancipium eorum factus
sit, qua naturã ei subiecta sunt, ad ea necessariò tradu-
cet, in quo vis regentium impulerit. Quod si hac ita
sunt, neque virtutem, neque vitium per se hac esse pro-
nunciabimus, quae cum anima motus sint, in potestate
& arbitrio videntium situm est, recte an prauis sint.
Sed quando motus eorum ad bonum inclinant, laudum
materia existunt, vt Danieli cupiditas ac desiderium,
& ira Phineeso, eique qui rectè luget, dolor: sin autem
ad deterius propendunt, tunc hac affectus ac perturba-
tiones sunt, & nominantur.

Vtiliter autem Deus post peccatum nobis
hunc fomitem reliquit, quia si bene eo vtamur,
multas, & magnas coronas meritum in ter-
rà, præmiorum in cælo lucratur. Nam, vt di-
xit Deus Pater S. Catharinae Senensis, sensu altius
aduersatur quotidie spiritui, (tam Diuino quam
nostro) & idem in illã sensualitate probat anima di-
lectionem, quam habet in me Creatore suo. Sed quan-
do, siue quomodo probatur? Quando cum odio atque
displacitiã contra ipsam insurgit. Insuper etiam istam
hominibus impendi legem, vt in humilitate vtrã con-
seruentur. Itaque lex ista rebellans nullo modo compellit
aliquem ad quamcumque peccati culpam, imò occasio-
nem exhibet, vt in veritate vos metipsos agnoscat, &
instabilitatem vite presentis. Plura de vtilitate fo-
mitis habebis infra.

CAPVT OCTAVVM.

Fueruntne hae passiones in Beatã Vir-
gine?

Respondeo, fuerunt quoad suam naturam, sed
vltus earum diuersus fuit à nostro, tum
quia nunquam illam ad vllum peccatum per-
dixerunt (quia Beatissima Virgo nunquam
peccauit, etiam venialiter) tum quia nunquam
eam inuitam perturbauerunt, & ad aliquid illiciti-
tum alliciebant, tum quia (vt etiam in Christo)
nunquam illam impediabant in bono, nec per
grauedinem corporis ex illis ortam, nec per ob-
fuscationem rationis in considerationibus piis,
nec per resistentiam vllam, operum eius bono-
rum inchoationem, vel continuationem impe-
dientem, aut eius in bene operando prompti-
tudinem & feruorem minuentem: vti in nobis
experimur.

Z 2 CAP.